



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

9. De himinis nouissimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

Episcopatu? viuunt homines omnes, sicut infirmus, qui nihil aliud agit, quam vte ex vno latere in aliud voluat, & reuoluat, sperans maiorem quietem, quam non inuenit, & nescit causam inquietudinis sue esse internam infirmitatem? Considera Deū tot amaritudinibus miscuisse vitā nostrā vt ad eius fastidium nos prouocaret, & ad vitam æternam omnium miseriarum expertem pelliceret. Si enim iam, cum totæ rumnis quotidie obruimur, tam agere ex statione vitæ huius discedimus? quid faceremus, si omnia prosperè & iucundè nobis in hac vita succederent?

## MEDITATIONES

*De Quatuor nouissimis*

MEDITATIO I.

*De Morte.*

ORATIO præparatoria erit. Posito ob oculos Deo rogare eum præsentem, vt omnes cogitationes tuas verba & opera dirigat ad suam gloriam, tuamque salutem.

P R A

PRÆLVDIVM Imaginare teipsum decū-  
bentem in lecto morti vicinum, à medicis  
desperatum, deposito ad caput cereo, ad  
pectus imagine crucifixi, extiemam iam a-  
nimam ducere.

II PRÆLVDIVM. Ora Deum vt gratiã  
tibi concedat, fructum aliquem ex confi-  
deratione mortis capiendi.

CONSIDERA, ex vna parte mortem 1.  
esse certam & ineuitabilem: *Statutum est Heb. 9.*  
*minim, ait Apostolus, hominibus semel mori:*  
ex alia verò parte quoad tempus & horam  
locum etiam & modum esse incertissi-  
mum. Imò maximè hominem persequi  
solere, cum minime de eius aduentu cogi-  
tat, iuxta illud Pauli. *Dies Domini sicut 1. Thes.*  
*fur in nocte ita veniet: cum enim dixerint, 2.*  
*pax & securitas, tunc repentinus eis superue-*  
*niet interitus. 2. considera quomodo affe-*  
ctum se sentiat is, qui omne suum sola-  
tium in vita diuturniore positum habet,  
quando monetur medicum nullam spem  
dare vitæ. Talis enim mox obiicit oculis  
mentis perperuum suum ex mundo exiliũ,  
videt iamiam se abstrahendum, à parenti-  
bus, cognatis, amicis, sociis, fauore Princi-  
pum, dignitatibus, palatiis, agris, vineis.  
Dein.

Deinde, quod longe acerbius, animam v  
à corpore tantopere amato auellendam,  
quam pœnā nullus verbis exprimere po-  
test, quia nullus expertus est, nisi qui ex-  
tremum spiritum reddidit.

2. Considera, quam anxius idem sit futu-  
rus, cum sentiet se incertum de salute. Pri-  
mo ob multitudinē peccatorum. 2. quod  
tunc multorum recordabitur, ante obli-  
torū. 3. quod quæ aliās leuia visa sunt, tūc  
grauissima apparebunt. 4. quod tunc ma-  
ximè dubitabit, sitne in odio vel amore  
Dei. 5. quod anceps hærebit, an veram de  
peccatis habeat contritionem: ac tandem  
ita attonitus sit, vt nesciat, quo se vertat.  
Considera, si Deum respexerit, imminet  
Deus ei iratus, distringens instar vindictæ  
gladium: si oculos deprefferit, videbit se-  
pulcrum tetrum odorem exhalās tuo cor-  
pori paratum; animæ verò, quam negligē-  
ter habuit, apertam inferorum abyssum.  
si seipsum ingressus fuerit, inueniet turbā  
peccatorum, quorum conscientia eum æ-  
ternis addicat suppliciis. Si vero circum-  
spexerit, videbit circumstātium dæmonū  
copias, codicem criminum explicantes, &  
patulis faucibus in prædā inhiantes. Vo-  
let quidem miser fugere seipsum, sed fieri  
non

non poterit: volet terga vertere, sed non concedetur.

Considera extremum conflictum cum *S.* vita, agonem & angorem mortis, quādo cereus accenditur, & in aurem in clamat ut corde saltem si non ore, se Deo cōmendet. Quo puncto etiam sanctissimi quiq; magno metu cōcuti solent, ut *S. Hilarion* clamans *Egredere anima mea, quid times, septuaginta annis seruiisti Deo, & mori times?* perpende, quomodo tunc totus pallescat, extrema manuum pedumque frigeant, oculi concidant, corpus totum sudore madescat, pulsus languescat, anhelitus egre trahatur, pectus constringatur, & palpiter, ac mox subeat lethalis oppressio, & aculeus mortis, quo cogitur anima è corpore migrare 3. expende, quomodo anima egressa corpus tam laute & honorifice ante ornatum & tractatum, tam deforme & horribile redditur, ut omnes ab eo intuendo & tangendo abhorreant, ac ipsi amici mox laborent, ut inter quatuor vel quinque asseres cum veteri indusio inclusum in terram à vermibus consumendum defodiatur.

Concludes, colloquio cum Deo, quo petes hæc tuo animo ita insigi, ut diceps  
fic

hic vitam instituas tuam, quemadmodum velles instituisse, quando ad agonem mortis perueneris: qui enim bene viuit, non potest non bene mori.

## MEDITATIO II

De morte iustorum & piorum.

Sap. 3.

*Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tranget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.*

- [a.] **C**ONSIDERA mortem, licet in se, vt dictum est, sit horrenda, eam tamen ab hominibus piis & religiosis, qui eam habent pro ærumnarum huius vitæ termino, & æternæ felicitatis principio, cum desiderio expectari: qui cum S. Propheta dicunt. *Quemadmodum desiderat coruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Et cum Apostolo: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* 2. considera inde non sequi iustos nõ reformidare mortem naturaliter, cum & Christus, vt homo, timuerit, sed longe aliter quam peccatores; hi enim causam timendi habent, & læpe de salute desperant,

madmodum  
gonem mor-  
ne viuit, non

piorum.

sunt, & non  
is Visi sunt  
autem sunt in

et in se, vt di-  
am tamen ab  
qui eam ha-  
itæ termino,  
io, cum desi-  
Propheta di-  
rat ceruus ad  
anima mea ad  
pio dissolui, &  
de non sequi  
rem naturali-  
, timuerit, sed  
hi enim cau-  
e de salute de-  
sperant,

QUATVOR NOVISSIMIS. 479

sperant, iusti verò et si ex firmitate nature, dum mors instat, turbentur, tamè quia sciunt post mortem se felicius victuros, gaudent. Itaque timendo lætantur, & lætando timèt: sicut S. Martinus qui in morte astanti dæmoni fidenter dixit. *Quid hic in vita. Sulp.*  
*asæ cruenta bestia, nihil in me funeste repe-*  
*rius: sinus Abraha me recipiet. Et S. Ambro-*  
*lin. in*  
*sius, non timeo mori, quia bonum Dominum vita*  
*habemus.*

2.  
Considera, iustis dolores & angores æ-  
gritudinis & mortis apparere iucundos &  
dulces, ob ingens desiderium, quo flagrât  
patiendi pro Christo, & pœnas meritas ex-  
piandi. Deinde exiguum metum illis ab  
hoste humani generis, quem dum vixerût  
sæpius expugnarunt, posse iniici, contra  
verò præsto futuram multorum angelorû  
tutelam & consolationem, Beatam Virgi-  
nem, atque adeo ipsum non raro CHRIS-  
TYM. Tertio, eosdem ob bonæ con-  
scientiæ testimonium, percepta Sacra-  
menta omnia, & fiduciam in diuina mi-  
sericordia positam tantam sensuros pa-  
cem & consolationem, vt omni metu  
depulso in irium quoddam voluptatum  
patriæ sint degustaturi. Denique nec  
villo dolore afficiendos quod diuellan-  
tur

lantur ab omnibus rebus creatis, quia iudicium in vita illis renunciamur, scientes se per illas impediri, quo minus perfecte suo creatori coniungi possint.

3. Considera, eos potius gauisuros, quam tristaturos de separatione animae à corpore, quia agnoscent eam in illo tanquam in carcere fuisse detentam, in morte autem primò solutam vinculis restitui verè libertati, & auolare in suam patriam. 2. nec de statu corporis sui post mortem vllum metum capturos, tum quod certo credant, illud suo tempore cum maxima gloria resurrectorum, tum quod, sicut in vita comoda corporis sectati non sunt, & nudi Christum nudum sequi parati fuerunt, ita etiam ex humilitate gaudeant illud ex terra factum in terram redire. Vnde S. Franciscus voluit nudus in terra mori, & tandem post mortem nudus relinqui, donec milliare vnum confici possit. S. Arsenius vero oprauit illud proici canibus deuorandum post mortem.

### MEDITATIO III.

#### *De Iudicio particulari.*

1. **C**ONSIDERA animam vitam defuncti solam incuntem iter in regionem ignotam,



ram, vt sistatur iudicio particulari *De*<sup>1.</sup>  
 quod non minus metuendum est quam v-  
 niuersale in fine mundi futurū, quia qua-  
 lem inueniet Deus hominē, inquit B, Au-  
 gustinus, in suo nouissimo die, talem iudi-  
 caturus est in mundi nouissimo die 2. con-  
 sidera quatuor personas in iudicio illo fu-  
 turas Prima est anima iudicanda, quæ in  
 conscientia descriptam geret totam ante-  
 actam vitæ historiam. 2. est Christus iudex  
 simul & testis, atroci vultu animæ impiæ  
 minas & pœnas spirans. 3. sancti Dei sum-  
 ma indignatione eādem detestantes. 4. dæ-  
 mones peccata exaggerantes, & bona o-  
 pera extenuantes, Cogita ad quas angu-  
 stias redigetur misella anima, quando ipsa  
 conscientia teste verissimas fatebitur o-  
 mnes contra se prolatas accusationes.

Considera examē ipsum quod institue-  
 tur factorum, dictorum, cogitatorum in  
 quo tria sunt metuenda. 1. multitudo re-  
 rum de quibus reddenda est ratio: nam *cui*  
*plus datum est, plus exigetur ab eo,* 2. iudicis  
 exactissima de singulis inquisitio, & seue-  
 ra punitio. nam non solum nouissimum  
 qua drantem reposcet, sed etiam de omni  
 verbo otioso & cogitationibus occultissi-  
 mis rationē exiget. 3. acerima iudicis de

Hh rebus

*Soph.* rebus existimatio. Non enim cogitatione

1. *mea cogitationes vestra, neque via mea, via vestra, dicit Dominus* Qui studiosus est iudicium, non potest etiam paruas sordes in pretiosa veste ferre. Sic Christus ipsa puritas non potest ferre etiam minimas macula nostra sordes. Nos exigua quaedam peccata censemus, quæ Deus gravissimè pe-

2 *Reg.* nit. Imò pro peccatis habet, quæ nos peccata esse non putamus, ut quod Ozai Leuita arcam cadentem attigit. Vnde David

6. *Pf. 18.* exclamat, *Delicta quis intelligit?*

3. Considera, discussis cognitisq; causis procedendum ad pronunciationem sententiæ multis nominibus formidabilem

1. ob constantiam iudicis, qui nullis precibus, lacrymis, intercessione, vel exultatione à iusta sententia ferenda deduci poterit

2. ob magnitudinem rerum de quibus agitur, non enim de pecuniis vel agris, sed de summis bonis vel malis, in omnem eternitatem duraturis tractabitur .3. ob immutabilem sententiam iudicis, quæ nullo iudicio retractari poterit. Deus enim cum

summus sit iudex & qui falli in iudicando non potest, ab eo non erit ad alium appellatio. Secundò cogita, quanta trepidatio

miseram animam inuadet, quando ele-

tama-

ta manu , conuerfis in eam oculis iudex  
CHRISTVS æternam & irreuocabilem  
proclamabit sententiam. *Discede maledi-*  
*cte in ignem æternum*, Dei faciem nunquã  
visurus, nihil boni vnquam à me habitu-  
rus. Deus bone, quæ desperatio, qui fletus,  
quæ lamenta hic erunt? Tertio, econtra  
cogita quando gaudio exultabit anima,  
cum audiet optatissima verba *Veni benedi-*  
*cte Patris mei, posside regnum tibi paratum à*  
*constitutione mundi.*

Mass.  
25.

*De iudicio vniuersali.*

**V**IDE Meditationem, 26. Dominice  
post Trinitatis, & primã Dominicæ  
Aduentus.

MEDITATIO V.

*De Inferno.*

**O**RATIO preparatoria, vt supra, de  
Morte.

**P**RELYDIUM. Imaginare infernum,  
Hh s locum

locum esse tenebrosum, vastū, & profundum sub terra positum instar latissimi putei, pice, sulphure, flamma, fumo, vipercibus, & serpentibus pleni, in quo nō audiatur præter gemitus, suspiria, maledictiones tortorum, & eorum qui torquentur cum perpetuo planctu, & stridore detentium. II. *Praludium*. Pete gratiam à Deo, vt cordi tuo grauitatem pœnarum, quas dānati sustinēt, imprimat, vt hinc iuuetur ad vitanda peccata.

1. Considera, in infelici hoc loco tria genera pœnarum inueniri, pœnam sensus, pœnam damni, & vermem conscientie. Quod ad sensus pœnam attinet, scias nullum membrum, nullum sensum esse, qui non singulari ibi dolore excrucietur, sed dum multitudinem, & grauitatem criminum per illos cōmissorum: oculus impudicus horrendo dæmonum aspectu, aures confusione lamentorum ibi resonantium, nares tetra fœtore: gustus rabida fame siti; tactus ardore & frigore inexplicabilis; memoria præteritarum voluptatum recordatione, & intellectus consideratione bonorum amissorum, & malorum impendentium in omne æuum. 2. considera singulares pœnas, quibus nonnulli puniuntur.

Alia

Alia enim p̄na superbi, alia inuidi, auari, luxuriosi, &c. puniētur, qua in re maxima apparebit Dei sapientia & iustitia exactissime singulorum excessus debitè castigantis. Vnde in Apocalypsi in meretricem super aquas sedentem, talis pronunciata est *Apoe.* sententia. *Quantum glorificauit se, & in de-* 18. *letis fuit, tantum date illi tormentum.*

3. Considera p̄nam damni absq; omni comparatione priore maiorem, quæ consistit in visionis Dei & perpetui cum omnibus sanctis consortij priuatione. Et licet omnibus damnatis cōmunis futura sit tamen acerbior erit Christianis omnibus ac imprimis clericis & religiosis, qui maiore occasionem habuerunt ad visionem illam perueniendi. 2. Considera & tertiam p̄nam, nempe conscientiaē vermem, qui cōtinenter rodens nunquam cōsumetur, sed perpetuo scelera commissa exprobrabit. Ah quæ suspiria ab ea erumpent, cum sentiet tā saepe instinctus diuinos, quibus ab hoc vel illo malo retrahebatur, & ad bonum incitabatur, repudiatos? Quid cogitabit, cum ob illos neglectos aduertet se addictam ardoribus sempiternis & intolerandis?

3. Considera, si omnis molestia quantum-

Hh 3 uis

uis brevis, exustio digiti in flamma candelæ modica tibi in tolerabilis nunc videtur, quid facies in igne infernali acerrimo ad quem comparatus noster ignis etiam maximus piæctus videtur? quid in tantocalamitatum & cruciatuum Oceano, quantum nullus mortalium satis animo concipere potest? quid dices, vel audito nomine æternitatis? O æternitas, æternitas, quem tui consideratio non mouet ad malam vitam deserendam, is aut fidem non habet, aut si habet, cor non habet. 2. Considera horrèdas blasphemias, in quas ob nunquã finiendas pœnas infelicis animæ erumpent, & contra Deum tanquam inimicum, & contra Christum, tanquam iniquum iudicem, & contra sanctos tanquam alteri parti nimium addictos. Deinde execrationes & maledicta, quæ euoment filij in parentes, & parètes in filios, discipuli in præceptores, quod sua indulgentia has flammâs pararint, socij deniq; in socios, quod prauis colloquijs, exemplisq; se mutuo seduxerint. Atque hæc tãnto fient cû strepitu & clamore, vt si inter nos tale quid audiretur præ horrore planè vt arenia ligna rigidi staremus.

COLLOQVIO cum Deo meditatio concludet

eludetur, quo gratiā petemus semper ob  
oculos habendi pœnas æternas inferni, vt  
eo facilius peccatis abstinemus.

MEDITATIO VI.

*De cœlesti gloria:*

ORATIO præparatoria eadem cum su-  
perioribus.

I. *Præludium* Pone tibi ob oculos amæ-  
nissimum, altissimum, ampliissimumq; lo-  
cum eo ornatum, qui Cœlo Empyreo inest,  
ita nominato, quod luce, pulchritudineq;  
reliquos cœlestes orbis superet.

II. *Præludium*. pete à Deo gratiam, vt  
intimè gloriam patrię cœlestis intelligas,  
quo magis exciteris ad seruiendum ipsi in  
vitæ puritate.

CONSIDERA qualis sit beatorum lo-  
cus nēpe vastissimus & pulcherrimus, ciui-  
tas nempe immensa, tota ex auro puris-  
simo, cuius mania sint pretiosæ gemmæ  
& margaritæ, portæ ex smaragdis & sap-  
phiris excisæ, viæ argenteæ, & instar  
chrystalli pellucidæ, vbi nulla nox, nul-  
læ tenebræ, nullus æstus, nullum fri-  
gus, sed summa amœnitas, vbi Sol iu-  
stitiæ nunquam oritur, nunquam occidit,

Hh 4 sed

sed amabilem suam lucem mira cum voluptate omnium diffundit. 2. Considera rectum huius machinæ solis, lunæ, errantium & non errantium stellarum tanto splendore collucet, qualis erit cœlestis illa patria, vbi aula est magni regis regū, Dei omnipotentis, qui carissimis sibi filiis merito maiora præstare vult & potest, quam nos possimus comprehendere. Ideo dicebat Dauid. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.*

Ps. 83.

2. Considera, qualis illa sit domus Dei, omnino nimirum iucundissima & amabilissima, vbi omnium bonorum est copia, vbi nec quicquam, quod offendar adest, nec quicquam quod delectet abest, vbi amor perfectus, timor nullus, dies æterna, & vnus omnium spiritus. vbi à facie ad faciem contemplatur sanctissimam Trinitatem, & omnia in illa, eandemque ex toto corde, omnibusq; viribus complectuntur & amant. Vbi sanctissimam vident Christi humanitatem, in quam desiderant angeli prospicere. B. Virginem item, vt matrem Dei, & in gloria Christo proximam, cum angelorum choros, & varios hominum ordines, Apostolos, Prophetas, Patri-

QVA  
Chas, M  
nocente  
mnes in  
tate flag  
gloria  
multitu  
quæ eri  
tudo  
tanta m  
mare, i  
habeat  
dum. S  
experpe  
ab infic  
sed que  
ti detra  
Con  
porum  
res dor  
sibilita  
quod t  
regno E  
in volu  
quæ ib  
centus  
oculus  
minis  
ligenti



Chas, Martyres, confessores, Virgines, innocentes, parentes, cognatos, socios, & omnes instar solis splendidos, tantaq; caritate flagrant, vt nullus minus de aliena gloria, quam de sua gaudeat. 2. Considera multitudinem & plenitudinem gaudiorū quæ erit in omnib. Tanta enim erit multitudo vt solus Deus ea numerate possit, tanta magnitudo, vt solus Deus norit æstimare, tanta varietas & perfectio, vt nihil habeat hic mundus cum illis comparandum. Summum autem gaudium capient ex perpetua securitate, quod non solum ab insidiis, dæmonis & mundi liberi sint, sed quod inferni pœnas, ad quas tam multi detrusi, euaserint.

3. Considera quanta sit futura gloria corporum, habebunt enim quatuor singulares dotes, subtilitatem, agilitatem, impal- sibilitatem, & claritatem, quæ tanta erit, quod teste Christo, *iusti fulgebunt vt sol in Matt. regno Patris*. Nec explicari potest, quanta in voluptate ibi futuri sint omnes sensus, quæ ibi lux, quæ colorū venustas, qui cō- centus, qui sapes, qui odores. Nam, *nec Is. 64. oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho- minis ascenderunt, qua preparauit Deus di- ligentibus sc. 2.* Considera, quanto gaudio

Hh s cxi-

exilient, qui multos labores in corpore sustinuerint, multa pro Christo perpessi fuerint, ciliciis, disciplinis, ieiuniis contra tentationes munierint, qui prauis carnis cupiditatibus sedulo restiterint, easque crucifixerint. 3. Cogita tu quoque quid haecenus egeris, quid agas, quid agere cogites pro gloria caelesti: Perpende, quibus mediis usi fuerint sancti omnes, qui nunc cum Christo in caelo regnant, ut gloria illa non exciderent, eosque strenue imitare.

COLLOQUIO cum Deo meditationem concludere, quo petas veniam ob tempus haecenus negligenter actum, & decernas te deinceps velle sedulo percurrere viam mandatorum

DEI.

ME-